

СУББОТА 8-Й РЯДОВОЙ НЕДЕЛИ

Antiphona ad introitum

Factus est Dominus protector meus, et eduxit me in latitudinem: saluum me fecit, quoniam voluit me.

Collecta

Da nobis, quæsumus, Dómine, ut et mundi cursus pacífico nobis tuo órdine dirigátur, et Ecclésia tua tranqúilla devotióne lætétur.

Antiphona ad offertorium

Domine convertere, et eripe animum meum: saluum me fac propter misericordiam tuam.

Super oblata

Deus, qui offerénda tuo nómini tríbuis, et obláta devotióni nostræ servitútis ascríbis, quæsumus cleméntiam tuam, ut, quod præstas unde sit méritum, proficere nobis largiáris ad præmium.

Prefatio

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi, sancte Pater, semper et ubíque grátias ágere per Fílium dilectiόνis tuæ Iesum Christum, Verbum tuum per quod cuncta fecísti: quem misísti nobis Salvatórem et Redemptórem, incarnátum de Spíritu Sancto et ex Vírgine natum. Qui voluntátem tuam adimplens et

Входной антифон

Господь был мне опорой. Он вывел меня на просторное место и избавил меня; ибо Он благоволит ко мне.

Молитва дня

Молим Тебя, Господи, пусть под Твоим водительством жизнь на земле протекает мирно и Церковь Твоя обретёт безмятежную радость служения Тебе.

На приношение даров

Обратись, Господи, и избавь душу мою: спаси меня ради милосердия Твоего.

Молитва над дарами

Боже, приносим Тебе дары, которые Ты сотворил; прими их как знак нашего служения Тебе, и это приношение, столь драгоценное по милости Твоей, да поможет нам обрести вечную награду.

Префация

Воистину достойно и праведно, должно и спасительно нам всегда и везде благодарить Тебя, Святой Отче, через Иисуса Христа, Сына Твоего Возлюбленного, Слово Твоё, Которым Ты всё сотворил, посланного Тобою Спасителя нашего и Икупителя, воплотившегося от Духа Святого и Девой рождён-

pópulum tibi sanctum acquiréns
exténdit manus cum paterétur, ut
mortem sólveret et resur-
rectiónem manifestáret. Et ideo...

Ant. ad communionem

R/ Cantabo Domino, qui bona
tribuit mihi: et psallam nomini
Domini altissimi.

V/ Usquequo, Domine, oblivis-
ceris me in finem? Usquequo
avertes faciem tuam a me?

Usquequo ponam consilia in
anima mea, dolorem in corde meo
per diem? Usquequo exaltabitur
inimicus meus super me?

Post communionem

Satiáti múnere salutári, tuam,
Dómine, misericórdiam depre-
cámur, ut, hoc eódem quo nos
temporáliter végetas sacraménto,
perpétuæ vitæ partícipes benígnus
efficias.

Sub Tuum praesidium confu-
gimus, Sancta Dei Genitrix.
Nostras deprecationes ne despi-
cias in necessitatibus, sed a
periculis cunctis libera nos
semper, Virgo benedicta.

ного. Исполняя волю Твою и
обретая для Тебя народ святой,
Он в страданиях простёр Свои
руки на кресте, чтобы разру-
шить смерть и явить воскресе-
ние. Поэтому...

Причастный антифон

R/ Воспою Господу, облагоде-
тельствовавшему меня, и буду
петь имени Бога Всевышнего.

V/ Доколе, Господи, будешь
забывать меня вконец, доколе
будешь скрывать лицо Твое от
меня?

Доколе мне слагать советы в
душе моей, скорбь в сердце
моем день и ночь? Доколе врагу
моему возноситься надо мной?

После причащения

Насытившись спасительными
Дарами, мы взываем, Господи, к
милосердию Твоему; дай нам,
причастникам этого Таинства в
жизни временной, стать общ-
никами жизни вечной.

Под Твою защиту прибегаем,
Пресвятая Богородица, не пре-
зри молений наших в скорбях
наших, но от всех опасностей
избавляй нас всегда, Дева
благословенная.